PACIFIC
MAXIME

S G

M Pierron

Remettre en état

4

PACIFICI Maximi poetę Asculani ad Magnificum Iacobum Saluiatum de cōponendo hexametro & pentametro libellus incipit.

EPISTOLA.

[S]VAVissima oratio tua / & amor erga me singularis cogit me tuæ uoluntati morem gerere! Et nihil est quod pro te non animo libentissimo uelim subire! Cūq; maximus sis orator: i hoc etiā tibi quo maior emergas poeta: deesse nolo. Sed quid est immortales dii ꝙ architectum architecturæ / astrologū astrologiæ / rhetorem rhetorices ! nullum autē poetā nō Homerū / non Virgilium / nō quicūq; plegitur: carminis artem tradidisse conspicio / auaritia ne / uel inuidia: cum pii / sacriq; sint: ab hoc officio seductos suspicer? An uero magis / ꝙ res immensa & diuina ulli regulæ / & certo fini subiacere non potest? Qui tamen syllabarū quātitates & tempora tradiderūt i errore plurimo deprehenduntur! quiq; illorū disciplinā secuti sunt: ad rude carmen & difficile peruenerunt. Nos uero sine ulla syllabarū cognitione quāta sit quæq; e poetarū carminibus elici demonstrabimus: quorū obseruātiā secuti nullo

(4)

penitus labent errore: seq; poetas: quales esse uolent: imitatione conficient. Vale.

Præpositio.

d Ocebimus ergo cũ hi cæteris præstent primo hexametri/ moxq; pẽtametri scansionem: qua perspecta syllabarũ facile quantitas percipietur. Et ostendemus in utroq; carmine quot dactyli/ quotq; spondei/ moxq; quot syllabę lõgę/ quotq; breues sint: & quæ sit cuiusq; certissima pedis sedes.

De hexametro.

d Icitr uero hexameter uersus uel senarius ꝙ sex constet mensuris. Heroicus ꝙ hoc carmine gesta hęroum notẽtur. Dactylicus ꝙ hoc pede maxime constet. Priusq; dictus est pythius ꝙ hoc carmine Apollo uteretur.

Hexameter l' Senarius. Heroicus. Dactylicus. Pythius.

Quot pedes & quibus utimur.

s Vnt uero pedes oẽs duo de triginta. Ex his quattuor dissyllabi / trisyllabi octo / quadrisyllabi sedecim. Sed utimur duobus tãtum i legitimo hexametro & pentametro dactylo/ uidelicet/ & spõdeo: Licet & alii quattuor Iambus/ anapestus/ tribacus & pceleumaticus aliquãdo & perraro quidem sint cõperti. Iam

Jambus.

bus ut Liminaq; laurus q; dei. Te canit agricola magna cũ uenerit urbe. Non ego cælare possum quid nutus amoris. Tytirus hinc aberat ipse te tytire pinus / frequentius enim tertiam sibi sedẽ uendicauit. Anapestus / Fluuiorũ rex eridanus. Tribacus / Tumq; canit himenęos. Et si pereo manibus hominum. Proceleumaticus Genua labant. Arietat ĩ portas. Hęrent parietibus scalæ. Labat ariete crebro. Et flumine reice capellas / Licet ĩ his plurimis si.i. uocalis media cõsona efficeretur / dactylus inueniret̃ / Qui omnes & consimiles extra nostram regulam locandi sunt. Animaduertendum etiam ultimam cuiusq; uersus indifferentem esse / ac ꝓ lõga haberi / & sic trocheum excludi / cũ illic etiã breuis tempus integrũ uideat̃ uendicare.

Anapestus

Tribacus

Procelleumaticus

Cu

Pedes & eorum figuræ.

Hi sunt pedes & eorum syllabarum ac temporum figuræ.

Dactylus habet syllabas tres / primã longam / duas uero breues: cuius hæc est figura. — II ·

Spondeus syllabas duas longas · — — ·

Iambus duas / primam breuem / extremam uero longam · I — ·

Dactylus

Spõdeus

Iambus

Anapestus dactylo contrariatur. II ⏑ ⏑ –

Tribacus tres habet breues. III.

Proceleumaticus breues quattuor. IIII.

Quid pes.

Pes ē cōpositio duarum plurium ue syllabarū sub certa syllabarū ac temporū obseruatione.

Quid pedi accidat.

Pedi sex accidūt arsis/thesis/numerus syllabarum/tempus/resolutio & figura.

Quid uersus.

Versus est legitima pedum cōnexio & ordinata dispositio ad animi dellectationē inuenta.

Quid metro accidat.

Metro septem accidūt/scansio/genus/speties/compositio/censura/figura/depositio.

Quid scansio.

Scansio ē singulorum pedum commensurata distributio.

Quid scansioni accidat.

Scansioni duo accidunt/sinalępha & eclipsis! quādo enim aliqua dictio in uocali aut.m. desinit: & subsequēs a uocali incipit fit ꝑ collisionē ecthlipsis.i.depositio & excussio præcedentis: quod utrunqꝫ hoc habet carmen! Littora

multum ille & terris iactatus & alto. Licet ta men.m.(sed raro) seruet/ ut Emnius milia mi litum opto. Iuuenalis: Cum propter plurima tum his. Tibullus: Et tantum ueneratauirum hunc sedula curet. Compertum est etiam.s. cum sua uocali collabi/ ut Inter se coiisse uiros & decernere ferro: & aut ouium fętus aut uren tis culta capellas. Solus hic iflexit. uel hic est breuis/ ut in illo: Hic uir hic est tibi. Sæpe licet hæ uocales concurrãt/ nõ tamẽ cadunt cũ col lisæ & excussæ nõ pedem legitimũ cõficerent/ Vt longũ formose uale uale inquit iola. Vale uale inquit & echo. Littus hyla hyla omne so naret/ posthabita coluisse samo/ hic illius ar ma/ Stant & iuniperi & castaneæ hyrsutæ. Am phyon dirceus in actæo aracyntho. Sub ilio al to. Credimus an q amant ipsi sibi somnia fin gunt. In ionio imenso/ & aut purpureæ aurorę Insulæ ionio i magno/ o/ utinã quẽ dardanio anchise: & cætera permulta. Et sæpe i eadem di ctione cadunt/ ut laquearibus aureis/ ungui bus aureis. Ferreiqꝫ eumenidum thalami. Cen tum ærei claudũt uectes. Talibus ilionei dic tis. Et illud: Collectã exilio. Orphei calliopea

lino. Incipe dameta tu deinde ſequere menal
ca: ſed in hac dictione/deinde/non ſemper fit
excuſſio/ſed ſtat modo longa modo breuis.
Cogitat ut dehinc ſpecioſa miracula promat
& dona dehinc auro grauia: ubi nota/grauia.
In deero aliquãdo ſequẽs. e. cadit & de. longũ
remanet: ſæpeq; cadit de. & ſequẽs breue rema
net: ſæpeq; ambo ſtant & de. breue eſt ratione
ſubſequẽtis. e. ut in illo deerat adhuc ea ratio
ne qua eſt præuſtus & ſit proceleumaticus uel
prędicta ratione ſit dactylus aut tribacus. In
dii unum. i. cõfunditur. Animaduerte ſuadet
diſſyllabũ Hinc diſſuadet amor timor eſt qui
ſuadeat illud. Statius tamen ait: quas nox in
opina ſuaſit. Fit enĩ ſæpe dięreſis ĩ diphthon
gis/ut aenus: in nominibus ut ſiluę: in uerbis
ut ſoluo: & in cęteris dictionibus ut heu/huic
& cui: ut ille cui ternis. Druſorum cui cõtigere
barbæ. Porſena ſed iuueni ne ſim tibi longior
huic. Heu q̃ pingui macer eſt mihi taurus in
aruo: ſed heu & heu nõ collidunt̃: ut Indoluit
quotienſq; puer miſerabilis heu heu Dixerat.
hęc reſonis iterabat uocibus heu heu. Cumq;
una ſyllaba ĩ ſuprema parte carminis ſupereſt

ſi i ſe nõ collidit̃ fiet colliſio cum ĩmediata uo cali ſequẽtis carminis: ut hominũq; locorũq;/ quod ęcontra fieri eadẽ rõne cõceſſum eſt: ut illud/Rore pruina & matutina greges. Erit er go ex his & his ſimilibus libera noſtra regula.

De ſex ſedibus pedum in hexametro

Habet heroicũ carmen pedũ ſedes ſex. dactyli quintam/ſpondei ſextam/habita indifferente ultima ꝓ longa. Cæteræ uero quattuor ſedes cõmunes ſunt & dactyli & ſpõdei. Sunt tamẽ notãda quæ ĩ qnto ſpõdeũ habẽt. Brachia ter rarum porrexerat amphitrite: Siluarum lucos circumſpicit antiquarum/Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Carmẽ heroicũ

Prima regula hexametri.

Neceſſe eſt numerum ſyllabarum carminis ha beri non computata ſyllaba quam ecthlipſis amouere iubet/ Tumq; ſi fuerint ſyllabæ decẽ & ſeptem —II. erunt quinque — — . unus/ Quotq; ſyllabę decreſcunt ad tredecim uſque tot decreſcunt —II. Succeduntq; — — /ut a primo ad ultimum. Panditur interea domus omnipotẽtis olympi Luctãtes uentos/tempe ſtates q; ſonoras.

Secunda regula.

Habeto nũmos decẽ & octo & æquato nume rum syllabarum cum nũmis/quotq; tibi supe rerũt nũmi/tot erũt. — —. Cæteri uero. —II.

Tertia regula

Habeto item nũmos duodecim/æquato cum syllabis quot syllabæ supererũt/tot erũt. —II. Cæteri uero. — —.

Quarta regula



Bis cape extremos duos sed nõ bis primum ĩ primo/uel enumera simpliciter/a fine repeten do pricipiũ & æqua cũ syllabis & q sunt ante finẽ cum eo fine. —II. sunt: Cæteri uero qui re tro sunt. — —.

Quinta regula

Sumito quinq; extremas syllabas carminis & ex his —II. unũ/unũq; — —. confice. Ex om nibus uero syllabis quę sũt ante finge — —. quattuor/quot syllabę extrabunt tot interiace bunt —II.


Sexta regula.

Simili modo ex oĩbus syllabis quæ sunt ante finge —II. quattuor/quot syllabæ deerũt tot interiacebunt — —.

Septima regula.

Pone radium maiorem rotæ i numero cælato

æquali syllabis carminis/euestigio enim uidebis quot sint — II.& quot — — .quot longæ sint & quot breues syllabæ.



Signat prima:sequēs protendit:tertia tardat:
quartaq; spondeus ē:quintaq; dactylus ē.

Octaua regula.

Aequa ſyllabas carminiſ cũ digitis ut hi dicũt uerſus.



Quicꝫ artus numera bis primoſ ne cape/ſed q
Eſt modus atqꝫ infra dactylus eſſe ſolet.

De pentametro.

P Entameter uersus uel quinarius dicitur a quinq; pedibus. Item elegiacus etiã he xametro iunctus luctũ & lamentationẽ signi ficans α πὸτου ελεγοσ qđ ẽ α πότου ε ε λεγ4Ν.

De quinq; sedibus pedũ in pentametro.

Pentameter habet pedũ sedes quinq;/primas duas cõmunes —II.& — —.post q; syllabã unam utplurimũ longam/& extremam unam quę ꝓ lõga habet̃:quæ duæ unũ cõficiũt:inter quas duæ sunt sedes semper —II.

Prima regula

Numerabis eius syllabas / si fuerint quattuor decim —II.erũt quattuor.Si fuerint tredecim —II.tres.Sin duodecim —II.duo/reliqui ue ro — —.

Secunda regula.

Habeto nũmos quattuordecim & æquato nu merum syllabarum cũ nũmis/demũ inspice/& quot tibi supererunt nũmi tot erunt — —.Si nullus:nõ erit ullus:eo excepto:qui conficit ex duabus syllabis/media & extrema.

Tertia regula.

Habeto nũmos decem/& æquato cũ syllabis/

quot ſyllabæ ſupererunt tot erunt –II. Cæte
ri uero – –.

Quarta regula.



Bis cape extremos duos in numero & bis pri
mum in primo & æqua cũ ſyllabis / & qui ſunt
ante finẽ ſine eo fine niſi bis ibi pauſet̃ –II.
ſunt. Finis ipſe ſi bis nõ pauſat / & q retro ſunt
– –. ſunt.

Quinta regula.

Ante ſupremam ſyllabam confice –II. duos
poſt iterum monoſyllabam. Si ante quattuor
erunt ſyllabæ / duo – –. ſunt: Si quinq;. –II.
unus & – –. unus. Si ſex duo –II.


Sexta regula.

Item ante mediã monoſyllabã ubi uox ſuſpẽ
dit̃ finge – –. duos / & quot tibi ſyllabæ ſup
ſunt tot tibi ſunt –II. Item finge –II. duos
quot deerunt ſyllabę tot tibi erunt – –. ſub
ſequentes ſedes duas –II. eſſe diximus.

Septima regula.

Pone radium maiorem totæ ſub cælato nu
mero æquato ſyllabis tui carminis / tum eue

ſtigio enim uidebis q ſint — ıı. & qui — — . quot longæ ſint & quot breues ſyllabæ extrã duas indifferentes.



Signat prima/ſeques̃ protendit/tertia tardat: quartaq; ſpondeus eſt/quintaq; dactylus eſt.

Octaua regula.

Aequa ſyllabas carminis cum digitis ut hi di cunt uerſus.



Extremos bis ſume duos ſine pollice primũ.
Dactylus eſt finis/quicquid & ante fuit.

Que sit sedes cuiusq; pedis.

r Elinquebaẽ uiđre certissimã cuiusq; pedis sedẽ. Est igiẽ certa sedes ⏤II. qinta: sexta uero. ⏤ ⏤ . ut diximus habita indifferente ꝑ longa. In quattuor aũt præcedentibus si sunt oẽs: ⏤II. seu spondei oẽs nulla est sedis dubitatio. Verum si ꝑmixti sunt/cũ hæc loca quattuor in hexametro/in pentametro duo prima inuadẽtis sint: accẽtus ꝓnuntiatio/diphthongus/& maxime positura certissimã cuiusq; pedis sedem discernet ĩ plurimis. In secunda enĩ & tertia. ⏤II. syllaba nec longa syllaba nec positura quæ illã elõget esse põt. quare de positu ris dicendm est.

Quid sit positura

Positura est duarũ plurium ue consonantium cõiunctio præcedetẽ uocalem elongantium.

De generibus positurarum.

Genera autem positurarum sunt quinq; quæ sub hoc carmine cõtinentur. Stãt autem acto nitusq; hęret nec nauita stipat. Aut enim positura est tota in principio primæ dictionis/& tunc cũ nil habeat quod elonget positura esse non potest. non enim ulla breuis uocalis pręcedit/ut St. Aut est tota in fine dictionis: &

tunc elongat præcedentem uocalem: ut stant. Aut est tota in medio dictionis: & tūc etiam elongat ut actonitus. Aut ē pars in fine præcedentis dictionis & pars ī principio subsequentis, & tunc simili modo elongat: ut tusq;. Aut est tota in principio subsequētis dictionis, & tunc ut plurimum nō elōgat: ut nauita stipat! Sed marcus dixit romana stringis iota. Potes ex hoc carmine colligere q diphtongus ē longa, nisi aliquādo sequente uocali: ut stant au. Item q. m. cū sua uocali sequēte uocali cadat: ut aūt actonitus. Item habes. h. nō esse litterā sed aspirationis notā: cū collisionem nō impediat: ut ibi, q; heret. Itē q uocalis uocali cōiuncta sub uno spiritu efficitur cōsona: ut nauita.

De liquidis.

Nota tamen q. l. &. r. cum liquescūt præcedentem uocalem breuem iunctæ cum muta immediate post nō elōgant. s. quoq; sæpe liquescit: ut illud, Ibimus quesitum uerbū ne ipsi teneamus. formido quid ago da uenus cōsilium.

De duplis

Duplæ sunt. x. &. z. &. I. in medio duarum uocalium si consona conficit.

Ad Iacobum Saluiatum.


h Abes mi Iacobe quæ potui uel arte uel ingenio ĩ hexametro & pentametro cõ ponendo perquirere: Tibiq3 recipio si poeta tum autoritate & doctrina ad carmen uenies perfacile breuiq3 te ipsum non ultimum inter poetas comperies. Vale.

Finit libellus Pacifici Max. po. Asculani de hexametro & pentametro componendo.

Pacifici Maximi Poetæ Asculani ad eundem Iacobum Saluiatum kalendarum Rota.

n Eque in hoc tibi neq3 in rebus aliis quas me subire iusseris unquam nostra deerit industria. Nescio quid breue a me petieras ne semp longa dierum ĩ nonis/idibus/kalendis/ ĩ mense omni haberetur dimensio. Feci quidẽ & nõ inuitus hanc tibi rotam: ut dies omnes notare possis: facileq3 etiã notatos percipere. Animaduerte kalendas a mense sequẽti nuncupari/Cellulam aũt uacuam in februario ĩ bi


ſexto diem unū aſſumere ſeptimo decimo kalendas martias ſignandum.



Scripſimus kalen. ad uſum uulgi/nō ignorantes quid per. c. notetur.

Eiusdem Pacifici ad eundem Iacobum.

Sum tecũ discubuissẽ uidi adolescẽtẽ aurũ/ar gẽtũ & æs ĩ mediũ posuisse: iussitq; ab iis q uellent cęlari/moxq; qđ qsq; cęlauerat indicauit. Hæc quoq; tres rerum cælatores indicabit.



Dato primo numum unum: secundo duos

Tertio uero tres. Demum colloca ĩ medio au
rum/argentũ & æs. Dein pone numerũ nũm
tum supra decem & septem. Qui aurũ cælaui
sumat ex eo tantundem: q argentũ bis tantũ
qui uero æs quater tantum: & in numero def
ciente signatricẽ colloca! Sicq; quod quisq; c
ualerit uidebis e uestigio;

Impressum Florentiæ Anno gratiæ. MCCCC
LXXXV. pridie idus Iulias.

7